UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De nominibus mulieris ca. xviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

adam nullum ex eis ſil'e ſibi. Et impoſuit ei
noia adã lingua hebrea: q̃ ſola fuit ab initio
Q̃ð inde ꝑpendiꝛ: q̃ꝛ noia q̃ legũꝛ vſq; ad di
uiſionẽ linguaꝝ hebrea ſꝛ. Et nõ inueto ſili
ſibi: imiſit de⁹ ſoporẽ in adã, non ſomnũ: ſed
extaſim. in q̃ crediꝛ ſupne iterfuiſſe curie Vñ
ꝛ euigilãs ꝓphauit de ꝯiũctiõe chri ꝛ eccl'ie:
ꝛ de diluuio futuro ꝛ de iudicio ꝑ ignẽ ibi-
dẽ cognouit: ꝛ liberis ſuis poſtea indicauit.

De ſomno Ade ꝛ formatione mulierꝫ de
coſta eius Ca. XVII.

C
Unq; obdor-
miſſet tulit dñs vnã de coſtis
ei⁹: carnẽ ſc; ꝛ os. ꝛ edificauit
miniſterio angeloꝝ illã in mulierẽ. de carne
carnẽ: de oſſe oſſa faciẽs. ꝛ ſtatuit eã añ adã.
Qui ait Hoc nũc os ex oſſib⁹ meis: ꝛ caro ð
carne mea Hoc aduerbiũ nũc: iudeos traxit
in errorẽ: vt dicãt aliã ꝑus factã: de q̃ dictũ
ẽ, maſculũ ꝛ feminã creauit eos. ꝛ nũc ſcðaꝫ.
q. d. adã. Prior ml'ier fctã ẽ de limo terre me
cũ: ſ; hec nũc de carne mea. Et Joſeph⁹ dꝛ.
mulierẽ extra formatã ꝛ in ꝑadiſum cũ viro
tranſlatã: ſic dicẽs In hũc hortũ introduxit
de⁹ adã ꝛ vxorẽ eius: ꝑcipiẽs eos plãtatõis
habere ſollicitudinẽ Et ex duab⁹ vxorib⁹ ade
ĩnumerabiles ſiue iterminabiles fingũt ge-
nealogias. ſ; ex ipo textu ꝯuinci videnꝛ in q̃
ſꝑ ſingulariter ſmo eſt de ei⁹ vxore. Nota q̃
de formatõne mulieris agẽdo: de corꝑe tm̃
dictũ eſt Vñ q̃dã ideo tacitũ eẽ voluerũt de
aia. vt dareꝛ itelligi: ſic traductã aiaꝫ mulie-
ris de aia viri: ſicut carnẽ ð carne. Auguſti-
nus etiã heſitare videꝛ: q̃d ſentiẽdũ ſit ð aia
an ex traduce ſit. an ex nihilo. S; idipm qð
tacitũ ẽ de aia pot⁹ ꝯ eos eſt Si em̃ aia mu
lieris fuit ex traduce aliter facta eſt q̃ȝ aia viri
q̃ de nihilo. Etſi aliter fiebat. taceri non de-
buit. ne ſic facta putareꝛ vt iam audieramus
de aia viri. Jtaq; tacẽdo inuit nõ aliter putã
dum factã eſſe q̃ȝ didiceramus ꝑus.

De noib⁹ mulieris. Ca. XVIII.

E
T ipoſuit adaꝫ
vxori ſue nomẽ tanq̃ȝ dñs ei⁹. ꝛ
ait. Hec vocabiꝛ virago. i. a viro
acta ꝛ ẽ ſũptũ nomẽ a viri noiẽ. vt materia ð
materia ſũpta fuerat. Etiã denomiatio i he
breo hec eſt. Js em̃ vir dꝛ. vñ denoiaꝛ iſta vt
a vir virago. Hoc nomẽ ꝓpũ illi⁹ mulierꝫ fu
it nũc oĩm eſt cõe. Et ei⁹ ſyncopatũ eſt virgo.
Virgines dicũꝛ q̃ȝdiu ſũt i itegritate natiui-
tatis ſue. Poſtea ꝓ'o fracte dicunꝛ mulieres.
Sil'r ſicut h̃ nomẽ adã fuit ꝓpriũ illi homini
nũc ꝓ'o eſt cõe. Et adã ſonat rube⁹ vel rubra
terra. q̃ꝛ ſm ioſephum de rubea terra ꝯſper-
ſa fact⁹ eſt. Talis eſt
em̃ ꝟgo tell⁹ ꝛ vera
vel rubea. i. anima-
ta. quia ſedes aĩe eſt
in ſanguie. vl' rubea
ſm qð futura erat

Terra ꝓprie adhuc vir
go erat q̃ꝛ nondũ cor
rupta hoĩꝫ oꝑe nec ſã
guine infecta.

id ẽ ſãguinea. id eſt peccatrix. Sanguis em̃
noĩe ſepe deſignaꝛ pcm̃. vt ibi. Veſtimentũ
ꝯcretũ ſãguie. ꝛ ſãguis ſanguinẽ tetigit. Jm
poſuit ei ꝛ aliã nomen eua. ſ. poſt pcm̃. qð
ſonat vita. eo q̃ futura eſſet mater oĩm viuẽ-
tiũ. Tñ q̃ꝛ hic non legiꝛ impoſuiſſe. ſed infra
poſt maledictõem forte quaſi plãgens hoĩs
miſeriã dixit eã euam. q̃ſi alludens eiulatui
paruuloꝝ. Maſcul⁹ em̃ recenꝛ natus eiulan
do dicit. a. mulier vero e. q̃ſi diceret. Omnes
dicent. e. vel. a: quotq̃t naſcunꝛ ab eua.

De ꝓphetia Ade. Ca. XIX.

I
Mpoſito nomi
ne ſtati ꝓphauit dicẽs. Quãob
rẽ. ſ. q̃ꝛ ð latere viri eſt. relinquet
ſepe homo patrẽ ꝛ matrẽ ꝓpter vxorẽ ſuam. ꝛ
adherebit vxori ſue tanq̃ȝ portiũcule ſue. Vl'
ob hanc rem demonſtrãdo vxorẽ dicit. i. ꝓpꝛ
hanc mulierẽ relinquet homo ꝛc. Hoc fit q̃-
tidie a viris. q̃ꝛ relinquũt cohabitare corpa-
liter vel ſpũaliter. q̃ꝛ maior ẽ zel⁹ i vxorẽ: q̃ȝ
amor filioꝝ i parẽtes. nõ dico parẽtũ i filios
Humor em̃ aſcẽdit de trũco ad ramos. ſ; nõ
redit. Et iðo nõ dixit. q̃ꝛ ꝓpꝛ h̃ relinquẽt parẽ
tes filios. maxie itelligẽdũ eſt h̃ ſꝑ relinquet
id ẽ nõ iũgeꝛ eis in matrimonio. Hic. ij. ꝑſo-
ne in lege. xj. in euangelio plures ꝑſone amo
uenꝛ a ꝯiugio. h̃ eſt. ꝓpter hoc ſc; coniugium
relinquet homo patrẽ ꝛ matrẽ Et erunt duo
in carne vna. id ẽ vnienꝛ ambo i vno carnali
oꝑe. Vl' erũt duo i carne vna pueri gignẽda
Non enim ex ſanguine vno ſed ex ſanguini-
bus cõcreatur paruuli caro. Vel l; ſint duo
ꝑſonaliter. erunt tamen in coniugio vna ca-
ro. in aliȷs duo. quia neuter habet poteſtatẽ
ſue carnis.

De ſtatu innocentie eorum ante peccatuꝫ
Caplm. XX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN